Tu eſ ipſe rex· idē· dñs & ſaluator· cui nom regiſma miſteriū· conuenit· Mandauit eni ſaluā iacob· quando audiuit· pangelū· lā ñ dicerit iacob· ſed iſrahel· idē· uir uidens dm;

hoc cñ qd uentilandiſ· inimici cornu· id eſt in xpo quod hoſtiſ ē· ſpernendus à nrīs quib; ad iudiciū futurū· pmer· ubi taliſ ē· uictoria· ut probent corruiſſe omnia certamina;

Arcuſ enim ē· pſidiū bellatoriſ· In quo meniſ humana confidit· In gladiū uero pluſ pſumit· Sagitta eni ſepe incaſſū mittitur· enſis uero operatur mortiſ effectū· qua ppt nec lnea confidit multitudo ſcōrū· ſed inpiectione diuina;

Non eſt dubiū apud ſcōſ ſe liberari in ſecundo aduentū dni à ſpecitatione ſpirituū peſſimorū qui eoſ huc multiplicib; inſidiis affligebant· Confundunt eti qui beatoſ oderī· quando illi ētna pena dānant· uiſta recipiunt regna cęlorū·

Qui dicunt laudabim in futuro ſe pfuent ēe prędicandoſ· Tota die ppetuū tēpuſ oſtendit qd nō habet nocte· Confitemū in ſeculū· qui prędicatiā dñi huc uigil pſonare conenit;

Dicendo cñ martyres· Nunc aūt ſignificant defuturiſ tēporibuſ ſe ante dixiſſe· quia nc ē· preſens tēpuſ· Reppuliſti idē· dilationē nob feciſti· de illa futura beatitudine quā nob p miſiſti· Confudiſti illa glorioſa confuſione quā martyres ſubeunt cū diuiſi crudelib; affligunt· Nc etiā ñ egredit dñs inuirtutib; martyrū cū eoſ tribulationib; ſubdit & diuiſis paſſionib; ſub tacere concedit;

Auertiſti eni ē· hoſtē fugere carnalē· debem eni inimicoſ nroſ ante noſ habere· ut ſciam qd cauere debeam· hoc ſolę effugatiſ euenit· ut in direptionē cadant qui hoſtib; ſuiſ minime preualebunt reſiſtere· dirripiebant pſecutores martyres cū plagiſ· t reliquiſ tormētiſ eoſ uexabant;

Eſca eni luporū eſt ouiū manſueta ſiplicitaſ· que martyrib; merito cōparat· qui occidi à pſecutoribus lenit quieſcunt ſine concertatione· Et ingentibuſ tradita libertatē ſuā cū patrimoniſ pdiderunt;

Uendidisti populum tuum
sine pcio · et non fuit mul
titudo in commutationib;
eorum

Posuisti nos obprobriū uici
nis nris subsannationem &
derisum his qui sunt incir
cuitu nostro

Posuisti nos in similitudinē
gentibus · commotionem ca
pitis in populis

Tota die uerecundia mea c̄
tra me est & confusio faci
ei meae cooperuit me ·

A uoce exprobrantis et oblo
quentis a facie inimici & p
sequentis

Haec omnia uenerunt super
nos · nec oblii sumus te et
inique non egimus in testa
mento tuo

Et non recessit retro cor no
strum · & declinasti semi
tas nostras a uia tua

Usq; nē de se locuīt martyres · nē de ud̄ eorū populo
dicunt · quib; dictūē · In peccatis uris uenditi estis ·
ideo sine pcio quia nō est effusus sanguis agni p̄ eis ·
ñ fuit multitudo uicōmutationib; eorū · Cōmutatio
ē dare rei equalis consequi · sed hic uictor erat ptūs
qđ cōparauit sanguine · id humanū genus
uicens in peccatis liberauit ;

Cū dicit posuisti · ostendit inmobilē passionē quā sci
amicis · id persecutoribus ; patiunt · Obprobriū contra
pbū positū ē · Nā sic oīa pba decorās · sic indecentia
obprobrias · derisus ū uox ē · confusa lęt̄ę & immo
derata hilaritate · Qui sunt in circuitu nro sci
licet infideles & perfidos exponit ;

Martyres enī posuisse similitudinē xp̄i quando
eos gentes parib; pēnis affligebant · Cōmotio capi
tis & martyribus comigit quę factae · In passione
dni cū eos inuicē blasphemabant · cū irrisione
ut capitis cōmotione ;

Tota die uerecundia, pnot patiebat xp̄s · atq; con
fusionē · etiā usq; ad ipsū patibulū crucis ;

A uoce exprobrantis · Cū diceret ei · Si filius dei descen
de de cruce · Obloqui · ē absentis detrahere · A facie
inimici · id iudę · & psequentis populi iudęi ;

Haec oīa · uox martyrū · oīa quę tu dne pti
listi · & nos ptulimus · Nec oblii sumus · sed te sēp
confessi sumus · Et inuicē egimus · id · in despe
ratione ñ incidimus · In testamento · Nā qui illū
nūc retinent · eius testamentū nescium oblii
ui ;

Retrorsum cor eorū qđ de dni bonitate desperant ·
qđ isti minime fecer̄ · qui spē in dno habere p̄batis ·
ma enī · Uigilantia nuncupat̄ · Semita hic in
malo posita ē · Recte enī humanę semitę · id uoluptu
osi calles quos ambulat̄ humana fragilitas · anima
supna duuse ducunt̄ · quia illi ducunt ad mortē ·
hęc uti ducit ad sospitatē ;

Quō humiliasti nos in loco af
flictionis· et cooperuit
nos umbra mortis
Si oblti sumus nomen dī
nostri & si expandimus
manus nr̄as ad dm̄ alienū
Nonne dūs requiret ista· ipse
enim nouit abscondita cordis
Quō ppter te mortificamur
tota die· estimati sumus si
cut oues occisionis
Exurge quare dormis dn̄e
ex urge & ne repellas in finē
Quare faciem tuam auertis
obliuisceris inopiae nr̄ae
& tribulationis nostrae
Quō humiliata est in pulue
re anima nr̄a conglutina
tus est in terra uenter noster
Exurge dn̄e adiuua nos et
redime nos propter nomen
tuum In finē pro his qui co
mutabuntur filius chore· ad
intellectū canticū p dilectō .·.

Humiliati sumus in loco afflictionis· id est in corpore is
to ubiq; uersam & afflictiōm ppt̄ xp̄m· Vmbra mortis.
unde iste trans[i]tū die· qui scis & peccatorib;
ppt̄ ee cōmunis· Illa mors uere ē qua impii eter
na dānatione puniuntur.

Si oblti sumus· id xp̄i· Si expandimus manus ad dm̄
alienū· id ad idolū;

Nonne cū pudore p̄nuntiandū ē· quo grauissimū ē·
apud dm̄ si ueus religiōne peccet· Requirere· agnos
cere· quę utiq; nouimus conscientiā nō tenere hoc
modo nō est quia oīa nouit· seq; ista quę superius
dixerat· Si oblti sumus nom̄ dī nostri;
Morifero afficiē· plongas passiones p̄sentis uitę
extitū p̄xpo reperire· Tota die nō p̄ mo[m]entanea· morē·
sed punitū sēpus uitę extitū p̄xpo querere· Quis
enī nō habet arma aut dente contendit· sed manib;
Latronis patienter adquiescit· sic famuli xp̄i sic ouis
estimati s mori· q̄m sine contentione aliqua inde
hanc occidi;
Nonem dō conuenit exsurgere· qui nūq̄ nosse
posse dormire· sed humano usu dicit̄ dormire quando
nr̄a exspectatio diuina dispensatione elongat̄· Repetitur
exsurge· ut quib; uidet pericula crescere· nō tardet sub
uenire· Ne repellas in finē· id est ubi s̄ pmia beatorū ubi mar
tyribus corona p̄parat̄;
Auertit dūs facie· ad ep̄us ut p̄bet electos suos· Oblusce
ris inopię· hoc ē· cui consueras subuenire quā sic malus
amas· ut te inopē dicas· Tribulatione demens sēp̄ nr̄am
xp̄s inspector est;
Humiliauer se in pulueré· qui cinere supse sparso an
mas suas discruciant· ob recordatione peccatorum·
Conglutinatus est uenter intra cui caro infirmus·
sed sensus incolestibus est munitus;
Exsurge nō ad dormitionē· sed ad resurrectionē est
nobis applicandū· In qua destructa cognoscitur
humana captiuitas· Illo enī resurgente· adiuti
sumus· Non propē meritū nostrū· sed ppt̄ nomi
sui· id ō saluator dicit̄· qua p̄grim pietatis
suę saluat infirmos;

Prophēa spū scō repletus· in carnatiōnē dñi xpi se eructare p mittit· & my sticis uirtutib; sponsam xpi describit ecclam

RUCTAUIT cor meum uerbū. bonū dico ego opera mea regi

Lingua mea calamus scribe uelociter scribentis

Speciosus forma pfilius hominū diffusa est grā in labi is tuis propterea benedixit te dñs in aeternum

Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime

Specie tua & pulchritudine tua intende prospere procede & regna

Propter ueritatē et mansuetudinē et iustitiā et deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagitte tue acutae populi

Infinē pfectionē significat· hoc est dñm xpm· filii chore· id est filii crucis· qui cōmutabunt· transiendo· de tristitia huius mundi ad gaudia aeterna· Canticū· textū psalmi significat· prodilecto· id dño xpo;

Eructare dicimus· quando sacietas ciborū digestione saluberrimas euaporat· Unde iste uir· sēs celesti larguate saciatus· Eructauit unde fidelis ppulus abundantissime pasceret· Cor meū sinū mūs· intellege· Uerbū bonū· filii di uocat· Opera uero· opuscula pphete fuit· Psalmi huius decoram contextio;

Calamus scribe· ipse xpūs· qui scripsit fide· spe· & caritate· in cordib; scōrū· de uelocitate uero· hoc est qd ñ tardant· que dixerit· sed uelocit adimplent;

Speciosus dictus p omnib; hominib; xpūs est· Non exforma corporali· sed ueracit humano generi pulchr· or fuit· quia peccata ñ habuit· Illud enī recte speciosū dicamus· qd gratia puritatis ornat· diffusa· gratia· quia lex pmoysen data· gra & ueritas p ihm xpm facta· Bene aūt dicitur· benedixit te dūs· forma serui· que & passionē ptulit· & ad regna celorū puenit;

Cuidū hic sermonē diuine predicationis debem accipere· temur· Incarnationē· Accingit xps gladio· cū uerbo predicationis diuidit filiū a patre & cet· Potentissime· ñ segnit· sed uirilit;

Specie tua· hoc primet· ad humilitatē xpi· Pulchritudo· ad ditatē· Intende· id est ut peruenit hominē de celo miserat aspicias· p spere· qd erat humano generi beneficia pstaturus· p cede· ut sponsus de uero uirginali· Regna· id est incredulitate hominū potentia tue maiestatis ostende;

Propter ueritatē· illud significat· quia ueritas deitatis· mansuetudo monstratae· quando in cruce ppsequentib; orauit· Iustitia uero· qua p cepta salutaria pius doctor infudit· Deducet pcussū unde humus· Mirabiliter· quia de uerita resurrexit· dextera· potentia uerbi significat;

Sagitte a uncs· uerba dñi saluatoris saluantis cordia hominū Infigentia· que ideo uulnerant

sub te cadent in corde ini
micorum regis

Sedes tua dñe in sctm sci uirga
directionis uirga regni tui

Dilexisti iustitiã & odisti
iniquitatem: ppterea un
xit te dñs dñs tuus oleo laeti
tie p̃consortibus tuis

Myrra et gutta et cassia aue
stamentis tuis ad domibus
eburneis exquib; delecta
uerunt te filiae regum
in honore tuo

Astitit regina ad dextris tu
is in uestitu deaurato cir
cum data uarietate

Audi filia & uide et inclі
na aurem tuam et oblиu
scere populum tuum et
domum patris tui

Et concupiscet rex decorem
tuum quo ipse est dñs
dñs tuus & adorabunt eũ

Et filie tyri in munerib;

ut sanent. Populi subte cadent. ñ pedib; quib; corpo
ra sustinent. sed corda. Cadunt. ãnhumiliatẽ
qui prius inelatione erecti erant. inimicos xpi
dicit qui supna lege dissentiunt. contraria uolũtate;

Hic enĩ sedes dñi adiudicatũ primet futurũ. Inquo eñia
examinant. Virga. regulã significat diuine equitatis.
Ista enĩ uirga iustos regit. ipios pcutit;

Nemo enĩ pfecte dilexit iustitiã. nisi qui & actus pes
simos execrat. Unct. e. xps ad regẽ oleo lętitie. idẽ
resurrectionis & ascensionis. Repetitio ista. qd dicit
dñs dñs. pcommũ magne dilectionis ostendit. Pr̃e consor
tib; dicitur. qm̃ hanc benedictionẽ supra omẽ huma
nũ genus xps accepit. ut unctus ceteros ungere
debuisset;

Est ãmirũ e. corpus dñi ipsius diuinis. quia maiestas
uerbi que oculis infidelium uelamine carnis tege
bat. de illo emanabat. Myrra mortẽ significat. quia
que dicit amomaca. Incarnationi dñi cõparatur.
Casia. que amaritis fistula dr. crescit. in aquosis lo
cis. significat aquas baptismatis. Cbur est os elefan
tis. qui tẽperatũ suę femine miscet. & secunde con
iugi nũ. Hoc pudicis feminis aptatũ est. que p
castitatẽ pr̃cepta dñi seruãt. Filie regũ dicunt.
qui regunt semet & animas suas;

Regina ecclesia e. & regina dicit. que sua uitia regit
& pcepta. Que a dextris steisse dr. quia dextera
pars est honorabilis. Auru ad caritatẽ debem̃ aptare.
ornatũ ecclesie uarietate. Auro. aptor. Argento. pphe
tarũ. Gemis martyrũ. Cocco. martyrũ. Purpura. pas
sionũ;

Cũ dicit. Audi. ad. pphetas. qui incarnationẽ dñi ce
cinerũt. filia. pphetarũ dicta. quia eorũ pdicationib;
nata ẽ ecclesia. Inclina aurẽ. ut honorabiliũ. uerba pro
phetę. paperet. Obliuiscere. id. desere conuenticula
paganorũ. domũ babilonia dicit. Patrẽ diaboli
qui reuera illã domũ confusionis possidebat;

Rex itaq; iste saluator e. qui concupiuit ecclesiã
in sorte diaboli constitutã. ipse e. dñs dñs tuus
in ille quẽ patrẽ ducebas. quia fecerat tenebro
sed qui pristinã submouens. fœditatẽ. Pulchrã
dinẽ tibi contulit nupialẽ. quẽ oms populi
adorabunt. xpiani;

Tyrus inpretiat̃ angustia. Tunc enĩ inimici
ecclesię. id in xpiano populo facẽ inendũ

uultum tuum deprecabun
tur diuites plebis

Omnis gloria eius filiae
regis ab intus · in fimbriis
aureis circũ amicta uaricta
tibus

Adducentur regi uirgines
post ea proximę eius affe
rentur tibi

Afferentur in lętitia & ex
ultatione adducentur in
templum regis

Pro patribus tuis nati sunt
tibi · constitues eos princi
pes super omnem terram

Memor ero nominis tui in
omni generatione & ge
neratione

Propterea populi confite
buntur tibi in aeternũ
et in seculum seculi Infi
nẽ filius chore psalmus
mus. Vox fidelium in per
turbatione seculi dõ protec

quando maiestatẽ xp̃i in angustus positũ uid fle
tib; exoramus. Omis diites. ñ eũ solitamus. sed etã
totius mundi adunata diuersitas;

Gloriaẽ siquidẽ principũ ecclesia sive uitoriũ.
abimus. id in secreto sensu se xp̃o offerre.
fimbrię sum finitima uestiũ pquas significat
extrema una hominũ. Quę aureę dictę quia
in fine tota pfectioẽ. ubi caritas plenissima
uelut aurea reperitur. Circũ amicta uarie
tate ppt̃ uarias uirtutes fideliũ dic quas su
peruus exposuimus;

Adducent̃ regi. id uirgines quę integritate cor
poris robuste s. Offerunt̃ pxime xp̃o. hoc ẽ u
duę. castę. quę gradu inferiori ungunt̃. Nã
cũ uirginitas habeat centesimũ fructũ ista
sexagesima ubertate gloriatur;
Verum & dicitur̃. Adducent̃ infirma. quia ille
fragilis sexus uicit grauissimas corporũ pas
siones. quę adducę ñ solũ inconspectu. sed
etiã inpenetrabilibus regis;

Propatrib; tuis. Nẽ exponit quamũ exsponsa
pficerit. ut pamiquis patrib; id idolorum
cultoribus; Natis illi filii apti. illi seminabam
extra. isti ortabant̃ aduntã;

Ideo memores erunt nominis tui. quia sẽp te prae
dicant apti. sive aedificant in generationibus sc̃orũ;

Ab eorũ prędicatione confitebunt̃ xp̃o populi. id est in con
fessione symboli. In sęculũ sęculi. futura significat. quando
omnis aduersitas conquiescit et regnat sola iustitia.
contrarietate diaboli delecta;

Infinẽ notũ est quę ammodũ ad xp̃m possit referri.
Filii chore. filii xp̃iani. Ex quorũ p̃sona psalmus iste
canitur. Pro archanis. aduentũ significat saluatoris
quę mirabili secreto pro hominũ salute dispositi.
Quę pulchre dixerunt quasi interrogarentur
xp̃iani;

tore nihil timentiū.

DS NOST
refugium et
uirtus. adiutor
in tribulatio
nibus quae
inuenerunt nos nimis.
Propterea non timebimus
dū turbabit terra & trans
ferentur montes in cor
maris
Sonuerunt & turbatae sunt
aquae eorum conturbati
sunt montes in fortitudi
ne eius
Fluminis impetus laetifi
cat ciuitatem dī scīfica
uit tabernaculum suum
altissimus
Ds in medio eius non com
mouebitur adiuuabit eā
ds mane diluculo
Conturbatę sunt gentes
et inclinata sunt regna

Quid ē dī nostr responderam refugiū fidelū quando eos de animę periculo liberat. Uirtus quando eorū menes stabilit ab inquo errore custodit. adiutor in tribulationibus cū diuina misericordia nos in tribulationibus suscepit et defendit;

Propterea non timebimus: quia in xpm credimus dū turbabitur terra generatio impiorū qui terrena sapiunt. Transferent montes. id ē aplī reluctus incredulis mentes. In cor maris. hoc ē. ad prędicandū gentib; transiet. & inspiciendū. qđ aridę trę pfidiā impiorū. Aquis uero salis credulitatē gentiū cōparauit. ut illa corda immalū durata. hęc uero euangelico sale condita;

Ore aduentu dñi sonuisse dic aplōs. prędicationes suas quo tēpore tbaras asserit aquas. id innumeras gentes. quę de tali fuerant amaritudine pfidię. Conturbatę sunt montes. hoc est sctā potestates. quando contra religionē dī leges sacrilegas pagani inferebant;

Iste enī fluuius xpūs. & benedictus. fluminis ipetus. qua nihil palustre. nihil morosū cursus eius sustinet. cūse porenias diuinitatis infudit tabernaculū altissimi ē. siue ecclesia siue humanu corporis gloriosa susceptio;

Ds in medio eius. id ecclesia. Cōmoueri enī non potest ecclesia quę insolubilissima petra. hoc ē in xpō nostr ēc fundata. Adiuuabit dicit. id in sctī aduersitate laborantē. diluculo. id inspiratione sctā qua merebit cor mundū;

Conturbatę sunt gentes. reatu iniquitatis accusatae. Inclinata sunt regna. id humiliata. ad orandū. Dante itaque. pfe prophetando [illegible]

dedit uocem suam mota
est terra.

Dñs uirtutū nobiscū · suscep
tor noster ds iacob

Uenite et uidete opera
dñi quae posuit prodigia
sup terram auferens bel
la usque ad finem terrae
Arcum conteret et confrin
get arma et scuta com
bure igni

Vacate et uidete quō ego
sum ds exaltabor in gentī
bus et exaltabor in terra.

Dñs uirtutū nobiscū suscep
tor noster ds iacob

In finē p filius chore psalm. Vox
ęcclę dm laudantis.
ascensionēq; ei⁹



OMNES
gentes plau
dite manib;
iubilate deo
in uoce exultatio

Finis

necesse fuit treme fieri peccatores · qui terrenā
nun cuparunt;

Dñs uirtutū utiq; cui uirtutes celestes seruiunt · nobis
cū · qm assūpta carne habitabit inter · Susceptor ·
quando carnē p infidelitū salute suscepit · Neq; di
solus iacob · sed omniū qui simili fide deuoti sunt;

Uenite dū dic hortat eos ut fide dño p̄parent · quē n
poterant uidere longinquū dñi · id uirtutes di · Pro
digiū dictū · eoqd proro dicat qd factū ē inuentū
dñi quando uirgo peperit & stella magis apparuit ·
Auferens bella · hoc ē qua humanitate dñi regnante
totus orbis legit ee pacificus ·

Arcū conteret · id occultas insidias malorū · Confringet
arma · presentes ne emittas pugnas · Et scutū cōburet
igni · id consumit igne spiritali fantasias diabolice
protectionis;

Hunc uersiculū locuntr filii chore · expsona dñi · Meri
to illis di · uacate · qui mundanis illusionib; arma
burnt · & diabolo seruiebant · Qm ego sū ds · n ille qui
uos prius armabat ad malū · sed qui

Tale siquidē pfessionē ideo secundo repetunt
filii chore · ut p eā nobis declarent liberationē
presentē fuisse declararent · Ds iacob · Ideo frequen
ter opponitur · ut uictoria xp̄iani populi declaret ·

Locuntur & in hoc psalmo filii chore · quos uexillo
crucis mat signat ecclesia · Commonentur Iraq;
primo modo gentes · ut dño laudes debeant pso
nare · Secundo ascensio dñi · & regnū eius subp
untate describitur

predicantis · : · · : · · : ·

Plaudēte ergo manib; qui elemosynas
faciut egrotis seruiunt · iubilare uero ·
gaudere est · qui sermo dictus est · au
uando · idest delectando · quando mul
tudinē gaudii non articulatis sermo
nib; · sed confusa uoce p̄orumpimus ·
Uox exultationis · psalmodiam signi
ficat

Quō dñs excelsus terribilis
rex magnus sup omnē terrā
Subiecit populos nob · et gen
tes sup pedibus nostris.
Elegit nobis hereditatem su
am speciē iacob quā dilexit
Ascendit ds in iubilo et dns
in uoce tubae.
Psallite dō nostro psallite ·
psallite regi nostro psallite
Quō rex omnis terrae ds psal
lite sapienter
Regnauit ds super gentes ds
sedet super sedem scām suā.
Principes populorum congre
gati sunt cum do abraham
quō dii fortes terrę uehe
menter eleuati sunt Psalm°
cantici filii chore · secta sabbati ·

Uox ppheę · laudantis
dm · qd ecclam
suā dilatauerit · :·
AGNUS
dns et laudabi

Onis excelsus dicitur · qui cuncta ex potentia sua ascendit ·
Rex magnus · qua rex regū · et dns dominantiū · Terribilis ·
qa iudicaturus ē mundū · & nequitiā punire fortissime iudicū
rex · dicit omniū terrarū ·

Sedet hic significant sēissimas p̄dictiones · quibus
populi merito exgentes dicebantur esse subiecti ·
Elegit nobis · subaudiendū dare · ut qui uenerat adisa
helitieū populū saluandū · hoc magis gentib, prelar
gitate cōcederet · Ipsa est enī species iacob quā dns
dilexit · ut eadē facere certem · quae ille mistica signi
ficatione sequenda p̄monuit · Ideo dō offerendo terre
na · & adquirenda caelestia ·

Ideo Ascensio dnī In iubilatione dicit · qa uidemus apti
tale miraculū · nimio gaudio repleantur · Voce quoq;
tubae · uerba sig̃ Angelorū dicemus · Viri galilei ·

Psallere enī est · bonis actib, laudes dō canere · Regi nr̄o
idest dnō nr̄o xp̄ō · non Alieno quā decet ista laudatio ·

Quō rex omnis terrae · hoc ppt̄ illos dicitur qui sibi p̄
singula diuersa nomina faciebant · Ve est iouē Inepte ·
Alios p̄ loca diuersa · Psallite sapienter · hoc est qui
Intelligit quę psallit · Nemo enī sapiēs quicquā facit
quod non Intelligit ·

Regnabit ds sup gentes · quasi inhereditatē accepit
a patre sedens ad dexterā patris · regnans · Insetā setorū

Principes populorū · id apti · Congregati sunt ad iudi
candū · Cū dō abrahā · id cū xp̄ō qui est ds abrahae ·
Quō dii · hoc est iudaei · qui fuerunt fortes · tumuer
p̄ superbiā · facti sunt extremi · qui potuerunt per
humilitatē esse p̄cipui ·

Uidemus nunc quid significat secunda sabbati · Sabbatū
synagogā · idest collectionē debemus accipere iudeę ·
quae sabbatū indebatur observare · Secunda uero
eius Aecclesia catholica est · Ideo uerba · psallite huius
sacerdotib, tribuuntur · ad xp̄ianos populos docendos ·

Magnus dicitur dns qua potenter omnia fecit ·
Laudabilis · qua pulchra et mira facit · Additur
nimis · quod non habet terminū · sed sua assiduitate

lus nimis· in ciuitate di nr̃i
in monte sancto eius·
Fundatur exultatione
uniuersa terra montes
syon latera aquilonis ciui
tas regis magni
Dñs in domibus eius cogno
scetur· cum suscipiet eam
Quõ ecce reges congregati
sunt conuenerunt in unũ·
Ipsi uidentes sic admirati
sunt conturbati sunt com
moti sunt tremor ap pre
hendit eos·
Ibi dolores ut parturientis
in spũ uehementi conteres
naues tharsis·
Sicut audiuimus sic uidim̃
in ciuitate dñi uirtutum·
in ciuitate di nr̃i ds fun
dauit eam in æternum·
Suscepimus ds misericordiam
tuam· in medio templi tui
Secundũ nomen tuum ds

semp augetur· In ciuitate· hoc est in ecclesia·
Mons aut̃ sc̃s· xps est·

Fundata est terra exultatione ascensionis xpi
quae prius maledicto subiacebat· Mons sion· natio
iudeorũ· Latera aquilonis· populi gentiũ· Ciuitas
est ciuitas regis· hoc est ecclesia catholica· quã
de uniuerso mundo constat esse collectam·

Cognoscetur dns In domib· Idest· in mentib· sciẽtiss
dũ uirtus suae potentiae declarabitur· quando
ecclesia ꝑ abeatos uiros ipso largiente illi offerre
monstrabitur

Reges terrae· hoc loco significantur principes
iudeorũ· quos herodes congregans In unũ· quaesiuit
ubi xp̃s nasceret̃· Illi congregati dixer̃ In bethleẽ· ce
uener̃ In unũ· quia omes unam ꝓtulere sententiam·

Ipsi iudei scilicet· uidentes qtam redemptoris Imma
nitatis deitatis gloria· Conturbati· quia se nouerant
peccatores· Commoti· de infidelitate ad fidem·
Tremor apprehendit eos· a conscientia delictorũ·

Ibi dolores· cũ corpora affligere ꝑ abstinentiã
coeperunt· In spũ uehementi· hoc est fortissimo·
Conteres naues· humilians superbiã gentiũ· quia
tharsus· a mutatione negotiorũ superba facta est·
significans eos qui huius seculi negotius circũferunt

Sicut audiuimus ꝑ prophetas· Ita uidemus In euan
gelio quod est ciuitas uirtutũ· In ciuitate dei· Idest
In ecclesia catholica· Ds fundauit eã· quae sola illa
uere atque ciuitas dei nuncupatur

Nos audiuimus. Nidemus.

Ui enĩ misericordiã dei susceperunt· qui non
solũ ꝑfidẽ sunt uocati· sed eã ꝑ occultã ꝑdes-
tinationẽ· ad æternã beatitudinẽ sunt electi· In me
dio templi· In ecclesia·

sic et laus tua in fines terre
iustitia plena est dextera
tua.

Laetetur mons syon et ex
ultent filie iudae propt̄
iudicia tua dn̄e

Circum datte syon et com
plectimini eam narratte
in turribus eius

Ponite corda ua in uirtute
eius et distribuite domos
eius ut enarretis in proge
nie altera.

Quo hic est ds ds noster in
aeternum et in seclm scti
ipse reget nos in secula.

In finē filius chore psalmus.

Vox xpi de merittis iustorum
penisq; impiorū. & nediui
tes in hoc seclo a
meantur . : .

AUDITE
hec omnes
gentes auribs;

Nomen enī di . In toto orbe terrarū creditur ado
randū. Plena est ergo dextera eius iustitia . qua
In illā partē dexterā recipiuntur . qui eius ma
nere iusti esse meruerunt .

Per montē sion . Aeclesiā signif . Exultent filiae
iude . idest Amint confessorū . quia iudas confessio
interpretatur . quae ppt̄ iudicia dn̄i exultent ubi
se ad beatitudinē aeternā seiunt esse uenturas .

Circū datte sion . Idest defendite eccleiā indoctrina .
Complectimini Incarnate eā . Narrate dicit . hoc est
p̄dicate . In turrib⁹ . In principibus eccleiae

Ponite . hoc est intellegēte p corda uā . In uirtute .
hoc est incarnate xp̄i . quia uirtute nihil potest ee
prestantius . O uos doctores eccleiastici ordinis . ita
narretis non solū his qui credunt . sed etiā his qui ex
diturī siunt . Per alterā pgenie significat populū xp̄iā
num . qui ab hebreo . quē primū dns elegit . secundus
esse dinoscitur .

Exponit sequens uersiculus quib aeccleiastici sacerdo
tes narrare debent . quo hic ē ds ds nr In aeternū .
Contra illos dictū qui sibi temporales homines deos
esse sommabant . Regat utiq; ille nos . quia ipse
est rex noster

Tuli huius uerba . contrahuntur . ad dnm salua
torē . Ipse enim & infinē significat . & p filios
crucis intellegitur . & p psalmum . sine dubio
denuntiatur .

Ammonetur uniuersalis aeccleia . ut ueniat ad
audiendū xp̄o . quia non uult tantū paucis pro
desse . sed omnib⁹ eū puro corde quęrentibus .
auribus percipite . Idest ut In simbus suae memo
riae reponant . Habitatores orbis . xp̄iānos . & ius

percipite omnes qui habi
tatis orbem

Quique terrigene et filii ho
minū in unū dives & paup

Os meum loquetur sapienti
am · et meditatio cordis mei
prudentiam

Inclinabo in parabolā aurē
meam aperiam in psalterio
propositionem meam

Cur timebo in die mala · ini
quitas calcanei mei circū
dabit me

Qui confidunt in uirtute
sua · et in multitudine di
uitiarum suarū gloriantur

Frater non redimit redimet
homo non dabit dō placa
tionem suam

Et pretium redemptionis
anime sue et laborauit in
aeternū & uiuet ad
huc in finem

Non uidebit interitū cum

tos accipimus ·

Intellegendū est quod oēs habitatores terrae audien
dū dr uerba uocat · Terrigenae peccatores sunt · quiuitia
terrena sectantur · Filii hominū · uiros dicit · quō ipse
xp̄s filius hominis dictus · Per diuitē et pauperē · liber
et seruus accipiuntur ·

Os xp̄i loquet̄ sapientiā · Idest ad diuina mysteria de
claranda · quae occulta sunt Abhinc seculi sapientib;
Prudentia ptinet ad mores probabiles instituendos ·
sic diuinus sermo his duob; uirtutib; Indicatur · ut
homines relinquentes stultam uanitatē · xp̄i pruden
tiam sequerentur ·

Aurē Inclinaturū se p̄misit xp̄s · ut cognosceret si p̄
dicationē eius populus deuotus impleret · Inparabo
lā · parabola est rei uerae Imitatio · Et est sensus · ut
qd̄ nobis ad exemplū datū est · prompta uolunitate
dnō p̄stante faciamus · Aperire se dixit · In psalterio
p̄positionē · Id̄ declaraturū p̄cepta diuinitatis · In sē̄itate
p̄pri corporis · utp̄baret̄ docere uerbo et exemplo ·

Cur timebo sub Inīrogatione pnuntiandū · Id̄ quare formi
dolōsa cogitatione confundar · Indie mala · Indie scilicet
passionis · quae mala Iudaeis · bona fidelib; fuit · Hic oēs de
bet timere finē uitae · qui peccatorū recordatione mordet̄ ·
Xp̄s aut̄ mortē timere n̄ poterat · quia non peccabat · et
quē n̄ circudabat Iniquitas · Calcanei quē admodū solet con
tingi peccatori · In fine uitae percipe ·

Qui confidunt Inuirtute sua · Illi labuntur Incalcaneo ·
Et in multitudine diuitiarū suarū · necesse est · ut tales
timeant finē · quidesert̄e mundana nolunt ·

Frater non redimet · idest moyses · Redimet homo ·
hoc ē xp̄s redimet quos moyses non redemit · Ille
non dabit dō placationē · qui non agit penitentiā
per quā placatur dn̄s ·

Et p̄cium redemptionis · sub audit̄ non dedit · qua
non fecit elemosynā p quā peccāta deleantur · La
borauit uermentis positus · & uiuet · quia non
interficitur · sed semp reparatur ad poenā ·

Non uidebit interitū · hoc ē non intellegit immnere
sibi poenā · Cū uiderit sapientē ab hoc mundo mi
grare · dicit · quid hunc leuauit · quid elemosynae p
fuerunt̄ · non ne mortuus est · Talē quidē senten

uiderit sapientes morien
tes simul insipiens & stul
tus peribunt

Et relinquent alienis diui
tias suas & sepulchra eo
rum domus illorū in ęternū
Tabernacula corū in pgenie
et progenien· uocauerunt
nomina sua interris suis

Et homo cum inhonore es
set non intellexit cōpara
tus est iumentis insipien
tibus· et similis factus est
illis

Haec uia illorum scandalum
ipsis & postea in ore suo cō
placebunt

Sicut oues in inferno po
siti sunt mors depascet
eos

Et dominabuntur eorum
iusti in matutino & au
xilium eorum ueterascet
in inferno a gloria eorū

tiam iudei redemptori nr̄o insultantes dice
bant· Numqd tu maior es patri nr̄o abrahā·

Insipiens est quip̄ dictionib⁹ pphatarū adquiescere
noluit· Stultus uero dictus qui nec ipsū dn̄m
uenientē recipere uult· Hi ergo simul peribunt·
qm̄ infructuoso iudicio damnandi sunt· qui mduntis
& non mdnō sperant· pdant utrūq⁹ et diuitias et eccl̄i
ad interitum·

Haec erit illis pperua habitatio· quia non resurgunt·
ut habeant uitā aeternā· sed ut damnentur in poena·
Vocauerunt· sepe enī pagani supra defunctorū epu
lantur sepulchra· atq⁹ inuocantes nomina mortu
orū et credunt hoc illis pdesse· sed nihil prodest
in inferno dampnatis·

Homo cū inhonore esset non intellexit esse se ad imaginē
dī formatū· Comparatus ē iumentis· digna comparatio
datur uecordib⁹· ut qui se imaginē dī gestare non
intellegunt· Congrue iumentis insipientib⁹ comparant·
Nā tolle homini dī considerationē· & omnino pecus
insipiens est·

Haec uia idest uita· In qua in hoc seculo ambulauimus·
sed haec una quid malis faciat nominatur·
Scandalū ipsis· Idest stimulū atq⁹ dolorē· nonnulli
ad securitatē suā quicquid peccator facit· con
suetudo est peccatū· ut postquā uotū impleue
rit· mox diuinitati gratias agunt in ore· non
in corde·

Sicut oues lanę suae amissione uigiter per
seuerāt· sic semp in illis imminutione substantiae
inuenit poena quod cruciat· Merito ab morte de
pascuntur· qui xp̄m noluerunt habere pastorē·

Et dominabuntur eorū· quid utiq⁹ in illa resurrectio
ne felicius est ut malis p̄mineat· In matutino·
cū gloria resurrectionis inluxerit· Quorū auxilia
tanquā panni putrefacti uetustescunt· qua eorū
diuitiae nihil illis prosunt a gloria sua quam
in isto seculo habuerunt·

Uerum tamen dñs redimet
animam meam·de manu
inferi cum acceperit me

Liberauit dñs animas illorum qui aduentū eius estimati
animo crediderunt·de manu inferi·de potestate diaboli
qui ante aduentum xpi animas tenebat obnoxias.

Ne timueris cū diues factus
fuerit homo·et cū multi
plicata fuerit gla domꝰ ei

Quem dictus est aduo· qui quasi dñs creditur mihi indi
gere·Hominem hic impium debemus accipere·cum
eius gla multiplicata fuerit·lunge ne timueris.

Quō cū interierit non sumet
oīa: neque descendet cum
eo gloria. eius

Cur ratio redditur quare timeri nō debeat mundi gloria
sua·Cur enim timemus diutem q̄ moritur ut pauper·
nec aliud uelit secum portare·nisi unde possit ardere·
et sine gla scī·sine turba satellitum domus illa quam
muris remanet.

Quia anima eius in uita ip
sius benedicetur: confite
bitur tibi cū bene feceris
ei

Ista benedictio non adscīficationem parat·sed adfauorem·
Benedicitur enī dictū est ppē linguā satellitū inter
epulas suos dominos conlaudantes·Cum ei bene feceris
cōfitebit·Tunc agit grās deo·quando aliquid boni cōsequit.

Introibit usque in pgenies
patrum suorum usque in
aeternū non uidebit lumē

Quia iusto seculo patres pessimos imitantur·eorum societa
te dampnandi sunt. Usq· in aeternum non uidebit
lumen·idest lumen sapientiae hic et in aeternū·lumē qd
inluminat omnem hominem·

Homo cum in honore esset
non intellexit comparatꝰ
est iumentis in sipientib;
et similis factus est illis

Concluserat ppheta pulcherrimū psalmum paritate
uersus·ut se peccator similo ppposito remoueret·cum
stultitiā suam ueritatis increpatione cognosceret.

PSALMUS ASAPH.
Vox synagoge. de primo &
secdo aduentu xpi·ipsiusq;
ammonitio·ut ei sacrificium.

Asaph erat egregius musicus·uīpretatur congregatio·
Psalmus discernit iustos ab impiis· caelestes a terrenis·
scos a peccatoribꝫ praestatur inquos·non se loquutum
ppheta pnuntiat·sed ipsum dñm·

laudis fideles offerant. D

S DEO RŪ
dñs locutus est
et uocauit tram
A solis ortu us
que adoccasum
ex syon species decoris eius
O S manifeste ueniet ds no
ster & non silebit
I gnis in conspectu eius ex
ardescet et in circuitu ei?
tempestas ualida
Ad uocabit cælum desursū
et terrā discernere popu
lum suum
C ongregate illi scōs eius.
qui ordinant testamentū
eius super sacrificia
E t annuntiabunt cæli iu
stitiam eius quō ds iu
dex est
A udi populus meus & lo
quar israhel et testifica
bor tibi. ds ds tuus ego sū

D seū greca lingua tonor dr. & unitate patet et filius & spūs scūs unus tām ds deorum. Du eū ducunt bonū hominēs. loquitur ē & pphetas & ap̄tos. et uocant terram. dest genus humanum.

A solis ortu. psolis cursū uniuersum signū mundum. q. omnū terrę oriet̄ et occidit claritas ei. exhi. on species. id hierlm. in qua mons iste puris mentibus resplendet. De hac eū urbe exeuntes apli speciem decoris xpi annuntiauerunt.

O manifeste ū tunc uenet xp̄c. quando uman̄ crucī affigendus. & iudicaturus ē mundum. Silet enim modo ppatientiā cūpeccamus. Tunc eū nonsilebit. cū scelerū reus dicturus ē. Hæc magnē Aetnum.

I gnis duplicē hic habet intellegentiā. Inluminat eū et excurit. gaudeant eū iusti. q. a illuminant exeo. Tumeant pēcatores. q. a exurendi sunt. Aleo. Hæc tempestas non uentus agit̄. & ex diuina potentia uehemens spūs consurgit. Quod iudiciū merito tempestas dr quia impiissū uenet & momentanea celeritate bonos discernit. Abimpus.

A duocauit cælū id ap̄los & reliquos scos. q. despectis terrenis quæ sursum sunt sapuit. Discernit aūt et terrenos. ut cū cæleste ponuntur. ad dexteram. hi ad sinistrā collocentur.

N unc synagoga uerba facit. ad angelos. qui ministerio suo infine sēli congregabunt oīs scos de uniuerso mundo. Qui ordinant. id illi sēi p̄dicunt & implent testamentum nouum sup uetus.

C ælos dic uiros iustos. quib; uerbi cælestis dispensatio ēdonatur. Quō ds iudex ē. qui nescit fallere. sic oīa manifeste nouit. ita sine rēphensione discernit.

A udi pp̄le mis. hic ipsa ueritas ex ppria psona loquitur. Pop̄le hic sign̄ plebem deuotā commendat audi. id deuota mente suscipe. Loquar. sub audi futura. Testificari. ē testimoniū dicere. Tunc testimoniū dabit fidelib; cū dicturus ē. Surrua eū. et de dextris mi manducare. Ds enim una ss. Illa Trib; litteris cōtinetur. ut scā trinitas un̄ ds ee doceatur.

Non in sacrificiis tuis arguã te. holocausta autẽ tua in conspectu meo sunt semp

Non accipiam de domo tua uitulos. neque de gregibus tuis hircos

Quõ meae sunt omnes ferae siluarum. iumenta in montibus & boues

Cognoui omã uolatilia caeli. et pulchritudo agri mecum est

Si esuriero non dicam tibi. meus est enim orbis terrę et plenitudo eius

Numquid manducabo carnes taurorũ aut sanguinem hircorum potabo

Immola dõ sacrificium laudis & redde altissimo uota tua

Et inuoca me in die tribulationis. et eruam te & honorificabis me

Non in sacrificiis tuis arguã te holocausta autẽ tua in conspectu meo sunt semp

Non sacrificiis. Adpetin inducũ loquitur ñ ut in ex quirenda eẽ sacrificia pecudũ si cor contritũ. Holocausta autẽ eẽ accepta in conspectu suo scilicet quando mens nr̃a diuino amore succensa. peccata sua lamentatione deplangitur.

Non accipiam de domo tua uitulos neque de gregibus tuis hircos

Cum haec duo respuat unũ sa primi temporis sacrificia designat modis omnib. excludenda. sigñ aparte totum.

Quõ meae sunt omnes ferae siluarũ. gentes sign. iuncta animantib. simplicesm aecclia catholica. qui mea cumme fidei habitare noscuntur. Boues pdicatores qui in agro dñi assiduo labore uersati sunt.

Quõ meae sunt omnes ferae siluarum iumenta in montibus & boues

Quis enũ oma uolatilia caeli potest cognoscere nisi sola maiestas. quo uersiculo cuncta cõplexus est. Pulchritudo agri cũ illo est. quia ubi uoluerit copia omniũ rerũ t ammnistratur t negatur.

Cognoui oma uolatilia caeli. et pulchritudo agri mecum est

Esurire dicit ñ ines carnalib. sicut facit quis uoluntatem eius. Orbis terrae illius est. id sca aecclia. Aeth diceret eẽ redemptam suo seo sanguine.

Si esuriero non dicam tibi. meus est enim orbis terrę et plenitudo eius

Quomodo grata erunt dõ que ñ sunt necessaria. Vetera hec sacrificia euacuanda eẽ declarat.

Numquid manducabo carnes taurorũ aut sanguinem hircorum potabo

Immola dõ sacrificium laudis q̃ aterenus uictus fuerat segregatẽ a mundo morte ut hostia fiat xpo. Vota quoq; reddit altissimo. q̃ cetera immolanda ppa runt. quia ipse ppitius pcepit. id ut laudet dñs abhomine quem creauit.

Immola dõ sacrificium laudis & redde altissimo uota tua

Precipit enĩ inuoca me. ne quis spem haberet in terreno solatio ubi sunt caduca uniuersa. In die quando te afflixit aduersarius. eruã te quasi circũdatũ a satellitib. diaboli sua celeritate liberabo. Magnificabis me. id magnũ me eẽ in aeternũ pnuntiet.

Et inuoca me in die tribulationis. et eruam te & honorificabis me

Peccatori autem dixit ds
quare tu enarras iustitias
meas & assumis testamen
tum meum per os tuum

Tu uero odisti disciplinā et
proiecisti sermones meos
retrorsum

Si uidebas furtum currebas cū
eo. et cū adulteris por
tionem tuā ponebas

Os tuum habundauit ma
licia et lingua tua concin
nabat dolos

Sedens aduersus fratrem
tuū loquebaris et aduer
sus filium matris tuae
ponebas scandalū haec fe
cisti et tacui

Existimasti inique quod
ero tui similis arguāte et
statuā contra faciem tuam

Intellegite haec qui obliui
scimini dm nequando rapi
at & non sit qui eripiat

Peccatori autem dixit ds &c. Increpat hic sceleratus q conuerti noluit ne se pfunxit sermonib; diuinis miscere. q.a. of debet ee iustum quod iustitias dni enarrare pfumit. Testamentum uetus & nouum sign. qua dum uiri suspense dr. utraq; memoratur.

Tu uero odisti disciplinā q.a. ad correctiones iustas uniqua pfumptione remurmurat. et nunqt dm inse uindicare qd peccat; licet etiā post se sermonē di. q.a sequi diuina iussa contempnit.

Si uidebas furtum &c. Ita istū uersiculū debem accipere. ut mihi diab; phibitis omia crimina uetuisse uideat. Ille currit cū fure. qui ad faciendū scelus sotia uoluntate uingit. Ponit portionē cū adultero q.a aduersariū prebet quos iuuando tapficiat. ibiq; sine dubio habere dinoscit portionem.

Os tuum habundauit &c. Sic enī of cogitationē cordis debem aduertere. Tunc enī abundat malitia cogitationis. quando p diuersa genera peccatorū iniqua uoluntate crassatur. Qui enī false laudat alium. dolum in lingua facit.

Sedens aduersus fratrem &c. Sedere enim cōmorantis est. & ideo grauius peccat. qui morat in detractione fratris. Fratrē hic omnem pximū cuius debem accipere. filiū matris sobolem dic ecclie. Ponit ergo scandalū fri suo. q hereticas prauitates excogitat. quib; fr innocens capitur. Haec fecisti et tacui. quia examinanda ex futurum reseruauit.

Existimasti inique &c. hoc est quia dr differt uindicare peccata. ideo credit astultus illu placuisse scelera humana.

Intellegite haec qui obliuiscimini dm. Ille obliuiscitur dī qui pcepta ipsius iniqua presumptione contempnit. Nequando rapiat. id diabolus. Nonest qui eripiat ad salutem. nisi dns pria magnam misericordia. Vel aliter. Rapit xpc obliuiscentes se. hoc est pcipitat in mortem. & nemo eripere potest.

Sacrificium laudis honorificabit me · & illic iter quo ostendam illi salutare dī Infinē psalmus dd. ·:· cū uenit adeū nathan pphe ta · cū intrauit adbethsabeę ·

Uox poenitentiam agentis ·:·

Sacrificiū laudis quia de omni bono qđ sc̄a faciunt dī honorat̄ · liter xp̄i est popera sc̄orum · Salutaris dī p.tris · filius est · O gloriosa semita que ducit ad caeli terraeq creatorē̄ ·

Iste quinquagesimus psalmus uocem ōnee poenitentis ostendens ut qui ceciderit unquā aliquod mala sua confitendo redeat ad salutem ·



MISERE
re mei dō se
cundū ma
gnam miseri
cordiā tuam
Et secundum multitudinē
miserationum tuarū de
le iniquitatem meam
Amplius laua me ab iniqui
tate mea et a peccato meo
munda me
Quō iniquitatem meam ego
cognosco & peccatum me
um contra me est semper

Cum se audisset rex potentissimus a nathan ppheta redargui peccatū suum nō erubuit publice confiteri · dicendo iudici · Miserere mei uoxista nondistuitur · sed subtranquillitate semp audit · Quū eū se miserū putat putat ēe desuis peccatis · cū illo facit dī misericordiam ·

Secundū multitudinē confugio ad miserationes · ut grauib; uulneribs medicanā tuae miserationis infundas · Miserationū dicit · quia multa sunt peccata mea · & miserationes tuae multae · Ille eū solus in libro uitae conscribit · cuius omnia peccata delentur ·
mplius laua me · dicit · Tu potes plus mere munerare · quā ego te intellegā rogare · Addit munda me · quatinus meo nihil remanere possit immundum ·

Peccata eō illa facinora sunt · quae agnoscentes committimus quī ppetramus · Contra se dicit stare dicta · quia tam hic constitutus quasi inuentu ro iudicio delictorum suorū aspectus deterrimos ptimescit ·

Tibi soli peccaui et malum
coram te feci ut iustificeris
in sermonibus tuis et uin
cas cum iudicaris

Ecce enim in iniquitatibus
conceptus sum et in pecca
tis concepit me mater mea.

Ecce enim ueritatem dilexi
sti. incerta & occulta sapi
entiae tuae manifestasti
mihi

Asperges me hyssopo et mun
dabor. lauabis me et sup
niuem dealbabor

Auditui meo dabis gaudi
um & laeticiam. et exulta
bunt ossa humiliata.

Auerte faciem tuam a pecca
tis meis et omnes iniqui
tates meas dele

Cor mundū crea in me ds.
et spm rectum in noua in
uisceribus meis

Ne proicias me a facie tua.

Si quis enim erruerit et dō peccat et regi dā quando
rex deliquit. soli dō reus est. Iste rex soli dō se peccare
dicit. quia hominem nō habuit. q̄ eius facta diudica
ret. Et q̄a illū ubiq; ee nouerat. pure corā ipso malum
se fecisse deplorabat. Sermones enī dni merito iustificati
dicunt. qm sine dubio semper eius dicta cōplent. Iste enī
uerba ad dnī passionē pertinent. cū iudicatus uerit &
mundū dampnatus absoluit.

Hic uersiculus totius humani generis casum exponit.
Concipitur & nascit in originali peccato q̄ de adam
traxit. sed baptismo p dī grām purificatur.

Non enim dī delectat penis mīs. sed confessionem ue
rā quaerit erroris. Incerta ergo & occulta sunt
quae dī pphetae d auid in filii sui manifestatione
reuelauit. ut ut passionem eius futurā p dicerent.
& resurrectionis gl̄am nunciarent.

Sicut enī yssopū id herba humilis curandis pulmonib.
aptum est. ita caelesti quis respersus yssopo d humi
litate cordis ab omni superbiae malignitate purgat.
Lauab me. hoc est ppoenitentiā. Sed eā supnuem
puritatem reluceris animae ostendit. qua spiritu
lis anima longe sup corpora munditia resplendet.

Auditui meo. id cum iacens infirmitate peccati audire
mē ruero gaudiū. id absolutionē peccati. Laetitiam.
hoc ē ppetua premia possidenda. Ossa uero signi
ant firmamenta quae necesse fuerant humilia
ri. usq; dum poenitens potuisset absolui.

Auerte faciem tuam. id ne uideas peccata mea nec
recorderis illa. Et omnes iniquitates p̄teritas & pre
sentes atq; futuras dele.

Cor mundum petit pphetа sibi creari. q̄d iam peccatis
instigantib; commoueri nullomodo potuisset ad cul
pam. Et spm rectū. non p̄ad am uetere fuimus. Ita
xp̄i dni beneficio innouamur.

et spm sanctum tuum ne
auferas ame

Redde mihi lacticiam salu
taris tui et spu princi
pali con firma me

Docebo iniquos uias tu
as et impii adte con
uertentur

Libera me de sanguinib;
ds ds salutis meae et
exultabit lingua mea
iustitiam tuam

Dne labia mea aperies et
os meum annuntiabit
laudem tuam

Quo si uoluisses sacrificiu
dedissem utique holo
caustis non delectaberis

Sacrificium do sps contri
bulatus cor contritum
& humiliatu ds non de
spicies

Benigne fac dne in bona
uoluntate tua syon ut

Redde mihi laetitiā hoc est illam exultationem xpi
tui quā mea habui priusquā peccarem Spu princi
pali dixit id ut ipse in me ā non uitia principent.

Docebo iniquos hoc est ponā meipsum ut meū exem
plum alii imitentur quō si pphetae parcatur.
maxima spes remissionis delinquentib concedit.

Liberari seppheta petit de sanguinib qd contra lati
nā regulā positū est nā si diceret a sanguine forsi
tan unū peccatū uideretur ostendere Sed cum
pluralem numerū ponit multa ee sine dubio de
licta carnalia confitetur. Ds salutis signi dnm
xpm pquem salus pie credentib ditur Exulta
uit id sine liberaberis de peccatis Laudem tuā
lingua mea iuste loquitur.

Aperiri petit sibi labia quae clausa erant ppeccatū
quia non est pulchra laus ex ore peccatoris. Os enī
dicitur cordis archanum unde efficaciter laus
diuina cantatur.

Audiant iudei & sacrificia sua cessare uitelle
gant & immolationes pecudum quae erant
in aduentu dni respuenda.

Postquā dixit quae sacrificia ds respuit nunc dic
illa quae placent Istud enī sacrificiū dō damus cū
spm superbiae humilitate confessionis mactamus.
Cor contritū dicit laboribus poenitentiae uehemēter
afflictū Humiliatū dō scilicet nam non potuerat
cor humiliari nisi fuisset frequenti tribulatio
ne contritum Tales enī oblationes ds nspernit.

Supplicat tota pphetia ut quō synagogi peccatum
sublege posita succedens syon p grām xpi hoc est
catholica firmetur eccla & aedificentur mu-
ri secdm hystoriā uelis aduertere signi tempora
theodosii quando eodocia eius coniunx ampliori

aedificentur muri hierlm

Tunc acceptabis sacrificiū
iustitiae oblationes &
holocausta tunc inpo
nent super altare tuum
uitulos

INFINEM

INTELLEC

TUS

IBSI DAUID.,

CUM UENIT

DOEG

IDUMEUS.,

ETNUNTI

AVIT

murorum circulo hierusalem coronauit.

Tunc acceptabis sacrificiū id gloriosissimam pas
sionem filii tui quse sacrificiū pomnib optulit
et est sacrificiū uerissimum iustitiae Oblationes
& holocausta prunent adxpianos quierunt post
aduentum dño credituri Uitulosquippeposu
it aut pinnocentib aut ppr̄edicatoribi quo
rum imaginem mutuli figura lucas euange
lista suscipit sine illos qui animas suas inhostiā
suauitatis sacris altarib optulerunt

SAUL ET

DIXIT ILLI.,

ECCE VENIT

DAVIDINDO

MUM ABIME

LECH. UOX

PROPHETAE

DEIUDA. UEL

ANTICHRIS

TO


GLORIARIS IN
LITIA·TUI·POTENCS
INIQUITATE;

Tota die iniustitiam cogita
vit lingua tua·sicut nouacula acuta fecisti dolum

Dilexisti malitiam super benignitatem·iniquitatē magis quā loqui equitatē·

Dilexisti omnia uerba precipitationis lingua dolosa·

Propterea dſ destruat te in finem euellat te ac emigrabit te de tabernaculo tuo·ac radicem tuā de terra uiuentium·

Uidebunt multi ac timebunt·ac super eum ridebunt ac dicent ecce homo qui non posuit dm adiutorem suum·

Sed speranit in multitudine diuitiarum suarum·ac pualuit in uanitate sua·

Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei

Tota die totum tempus significat·quia sine intermissione semp malus malū opere ac cogitat·Iniustitiā cogitauit·Hic enī die linguā cogitasse·qa pessimor·ē cōsuetudo ut ante loquant lingua quā cogitent corde·ideo ī exulta pfert bene autē cōparatū mali hominis dolū acute nouacule·qa sic piloſ radit illa ac hominū ñ lect·ita nec dolosus animę iusti nocere ualeb·quando mutē auferre mundana·

Ille enim diligit malitiā·q cognoscit diligere semp peccare·Sup benignitatē·idē si animū maliuoli benignitas tang·mox eā ut uitiū detestabile pcut·ac magis diligit loqui·iniquitatē·quā uerba equitatis pferre·

Deus antiq xpo uere dr·q confusis moribꝫ diligit uerba precipitationis·subaq d nullū iuuat·ac to tū cū dolo loq tur·a quo nulla utilia inueniant·

Oma hec iniudaico pplo impleta sunt·qa legis lucra destructus·infine aut q destruat ac eius deputat·Et euulsus de ciuitate·migratusq da ab naculo temporib tuis ac uespasiam·Et radicem tuā·quia sic sci scorum tua imitatores·peccantiū radices eorum appellantur·

Uidebunt iusti hoc est intellegunt malor·poenam·Timebunt nā alia appetant iniusto scio·Hic iusti deridebunt in futuro·Super·qui longā patientiā·dei stulta uoluntate contempsit·Ecce dū dicitur·extensa manu peccatoris·nefanda forsmonstratur·

Diuitias uero hic uniuersas pompasseli debemus accipere·qui millas spē suā ponit ac in dīm semipsū fefellit·ille prepotentia inuanitate sua·qui sibi pfutura nullatenus adquirit·

Comparat se ppbē olive fructifere ppē pinguedinē sapientię·Speraui in misedia dei·quia ñ est humane fragilitatis facultas·ut pse saluus quis fiat sed pmisediam DEI·

speraui in misericordia di
in aeternum et in seculū
seculi
Confitebor tibi in seculum
quia fecisti et expectabo
nomen tuum quō bonū
in conspectu scōrum tuo
rum Infinē pro amalech in
tellectus dauid. Aecclā incre
pat eos qui corde uel opere cor
rumpuntur: & fideles monet.
ut aequanimiter seculi moles
tias sufferant . . . .



DIXIT IN
sipiens in
corde suo
non est dūs
Corrupti
sunt & abo
minabiles facti sunt in in
iquitatibus non est qui
faciat bonum
Ods de caelo prospexit sup
filios hominū ut uideat

Hic enim dictum est confiteri nobis ut ibi mereamur
absolui. Quia fecisti: ubi intelligendū est misericor
diam. Nomen enim dni expectat. qui se iudicio dni per cuius
misericordiam credidit ee saluandum.

Infinem qd significat iam notum est. Amalech autē
gens fuit quę contra di populū pugnauit. Eius autē
passio talis est; pparturiente siue dolente. Significa
at ecclam. quę tanquā dolens atq; parturiens
populū ammonet pfidorū. ut a sua iniquitatib⁹
conquiescat.

Proprium est linguę uerbum dicere. n cordis.
Sed quia cogitationes nras potentia diuinitus
intellegit. recte dictum est cor insipiens loquitur.
Ac si diceret. non est xpc filius di.

Corrupti sunt omnes hereticum uno uerbo notat.
Nam uō recte n credidisse. corruptio e. Hoc subse
quitur pena iustissima. ut abominabiles in
uoluptatib⁹ suis fiant. Non est qui faciat bo
nū. hoc est qd parturiebat ecclā plena dolo
